

## Band VII., Nr. 2287, Seite 198-199

*Die Grafen Konrad und Berthold von Heiligenberg beurkunden, dass sie zu Gunsten des Abts Heinrich und des Konvents von Weißenau vergleichsweise um 6 Mark Silber auf ihre Ansprüche an Güter, insbesondere ein solches zu Appenweiler, verzichtet und den Angehörigen ihrer Landgrafschaft das Recht, sich und das Ihrige dem Kloster zu ergeben, eingeräumt haben.*

Konstanz, 1272. Juni 24.

In nomine domini. Amen. Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Cûn[radius] et Ber[toldus] comites de Sancto Monte salutem cum notitia subscriptorum. Quia teste psalmista<sup>1</sup> usura et dolus de plateis Babylonie numquam defecerunt, modernorum prudentia sapienter stabilitum est, mortalium negotia testimonio scripturarum et voce testium perhennari. Hinc est, quod nos C[ûnradus] et B[ertoldus] comites de Sancto Monte notum esse volumus presentium inspectoribus, quod causa et lis, que vertebatur inter nos ex una et venerabiles viros dominum H[einricum] abbatem et conventum Minoris Augie ex parte altera, in publico placito prudentum virorum interveniente consilio de voluntate partium taliter fuit sopita ac diffinita, ut nos predium in Appenwiler necnon alia predia supradictis dominis spectantia, super quibus lis vertebatur et controversia, cum hominibus ibidem residentibus nunc et in posterum sicut alia propria bona sua<sup>a</sup> ad proprios usus suos libere ac pacifice sine aliqua exactione deservire concedamus, quod deinceps fiendum profiteamur et presenti scripto protestamur. Preterea si quispiam hominum liberorum seu alterius condicionis dominio nostro, quod vulgo langraveschaft nuncupatur, spectantium se aut sua supradictis abbati et suo conventui conferre voluerit, de scitu nostro facere poterit ac debet. Sane in huius litis decisionem ac dampni illati recompensationem sepedicti abbas et conventus monasterii predicti sex marcas puri argenti nobis contulerunt, quas nos ad meliores usus nostros, prout expedire videbatur, convertimus. Et ne super premissis aliqua discordia aut contentio a nostris successoribus oriri possit, presentem paginam prefatis dominis sub nostri sigilli cyrographo patenter tradidimus insignitam. Testes autem, qui huic negotio interfuerunt, sunt hii: dominus Her[mannus] pincerna de Smalnegge, dominus H[einricus] miles de Bafendorf, Al[bertus] de Phaphinhoven et frater suus Cû. Boemus, dominus

<sup>a</sup> *sua* ist über der Zeile nachgetragen.

<sup>1</sup> Psalm 54, 12.

## II

Or[tolfus] et frater suus . . milites de Hasinstein, dominus Ber[toldus] de Wildinvelsi<sup>2</sup> canonicus sancti Johannis Constantiensis, dominus Cũ[nradus] de Denkingen civis de Constantia, frater H[einricus] Yppeli et alii quam plures fide digni.<br> <br> Datum Constantie, anno domini MCCLXXII., in nativitate beati Johannis Baptiste, indictione quintadecima.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An weißen Leinenlitzen das Siegel des Grafen Konrad von Heiligenberg, rund, 50 mm, (IV. A. 2.): In einem Schilde ein eckig gezogener Schrägbalken, im Siegelfelde auf jeder Seite des Schildes eine achtblättrige Rose; Umschrift: + *Sigillum* . COMITIS . CŮNRADI . DE . *Sancto* . MONTE.

---

<sup>2</sup>Das um 1900 so genannte Lenzenschlössle, Burgstall bei Thiergarten, bzw. die abgegangene Burg bei Leibertingen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 523 U 925

## Weitere Angaben

**Überlieferungsart:**

Ausfertigung

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Konstanz

**Ortsindex:**

Appenweiler Wohnplatz (17849)<br> Appenweiler, Friedrichshafen, FN<br> Bavendorf Wohnplatz (20024)<br> Bavendorf, Ravensburg, RV<br> Denkingen Wohnplatz (21243)<br> Denkingen, Pfullendorf, SIG<br> Hasenweiler : Horgenzell RV<br> Hasenweiler Wohnplatz (20938)<br> Heiligenberg Wohnplatz (17938)<br> Heiligenberg, FN<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Leibertingen Wohnplatz (21141)<br> Leibertingen, SIG<br> Pfaffenhofener Mühle : Owingen FN<br> Pfaffenhofener Mühle Wohnplatz (18203)<br> Schmalegg : Ravensburg RV<br> Schmalegg Wohnplatz (20127)<br> Thiergarten Wohnplatz (21046)<br> Thiergarten, Beuron, SIG<br> Weißenau Wohnplatz (20163)<br> Weißenau, Ravensburg, RV<br> Wildenfels